

bus presentes litteras inspecturis salutem in presenti et perpetuum gaudium in futuro. Ne ea que tempore nostro iure ac rationabiliter ordiantur et fiunt per incuriam et negligentiam a memoria hominum excidant seu tollantur, congruum est et expedit ut litterarum testimoniis roborata ad notitiam deveniant posterorum. Vnde notum esse cupimus, quod discretus vir Johannes dictus de Kuzleve, subdiaconus et monachus nostri monasterii, ut homo religiosus quatuordecim marcas Stendaliensis argenti, quas de adiutorio sui patris ac suorum amicorum promotione contraxit, ad manus nostras plane ac voluntarie libere resignavit, supplicans nobis humiliter et devote, quatenus de huiusmodi pecunia prout utilitati nostri monasterii expediret secundum anime sue ac suorum progenitorum salutem dignaremur misericorditer ac fideliter ordinare. Nos igitur predicti Johannis confratris nostri humilitate ac devotione ac devotione (!) visa et approbata, habita super eo deliberatione et consilio discretorum virorum et confratrum nostri monasterii cum predictis XIII marcis adiectis ex nostris aliis et decem et novem marcis similis argenti, que in summa triginta et tres marcas reddunt, cum proborum hominum adiutorio collectis comparavimus silvam que dicitur Reberch cum omnibus attinentiis, quam silvam quidam dictus Reberch ac sui heredes a nobis nomine ecclesie nostre tenuerant in pheodo, ista conditione interposita et adiecta quod predictus dominus Johannes nostri monasterii monachus de nostra permissione et licentia percipiet ad . . . usus suos necessarios temporibus sue vite unum chorum tritici, quem quidem chorum quidam dictus Lentcko noster officialis et quidam dictus Nytoldus prope cimiterium habitantes in Dodendorp ac eorum heredes de duobus mansis quos ipsi excolunt singulis annis omni occasione procul mota prenominato Johanni tribuent et persolvent. Eo debitum carnis exsolvente statuimus et ordinamus ut de predicto choro tritici anniversarius eiusdem Johannis ac patris sui matrisque sue in vigiliis summis et missa animarum campanarumque pulsatione et quinque candelarum accensione singulis annis per conventum sollempniter peragetur. Ne igitur cuiquam in posterum super premissis dubium aliquod generetur, presentem litteram nostro ac nostri conventus sigillis fecimus roborari.

Datum anno domini MCCCXXXIX decima die mensis Aprilis.

Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster - Bergische Stiftung 56. Abschrift im Privilegienbuche S. 337—339 mit der Ueberschrift: Prester Reberg silva empta. in cap. E. XIII.

1339, Juni 1.

196.

Heinrich Reberg und seine Schwestern verkaufen dem Kloster Berge den Wald Reberg mit allem Zubehör für 33 Mark Silber.

Nos Heinricus Reberg, Mechtildis et Zacharia sorores eiusdem recognoscimus et lucide per presentes profitemur, quod honorabili viro domino Zlauconi abbati monasterii sancti Johannis baptiste in monte